

Johann Quistorp

## Programma In Festo Paschatis

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734608381>

Druck Freier  Zugang



R U. Progr. 1637

- 1) Johann Quistorp
- 2) " "
- 3) Heinrich Ratne
- 4) " "
- 5) Johann Kleinschmid







PROGRAMMA  
In  
FESTO PA-  
SCHATIS.

*Affixum ab*

Universitatis Rectore

JOHANN E  
QVISTORPIO, Th.  
D. Professore & Ecclesiaste.



ROSTOCH J,

*Excudebat NICOLAUS KILIUS, Acad. Typogr.*

ANNO M. DC. XXXVII,



PROGRAMMA

In

FESTOP-  
SCHATIS

affinitas

Universitatis Rostock

JOHANN

QUISTORP

Dr. phil. & phil. habil.



ROSTOCK

Im Druck der Universitäts-Buchdruckerei

1874







**T**riumphorum apud omnes gentes solemnitas, & pompa maxima fuit. Alexander Magnus quum Babylonem triumphum agens ingrederetur, plateæ floribus conspergebantur, ad earum latera altaria argentea disponebantur, quæ thure & varijs odoribus cumulata fumabant. Apud Romanos Imperator triumphali habitu ornatus, armillis sumptis, laurea redimitus, & ramum dextra tenens, populum convocabat, & militibus suis, alijs communibus, alijs proprijs laudibus oneratis, pecuniam & ornamenta dividebat. cum armillas alijs, alijs hastas puras, alijs coronas aureas, alijs argenteas, expressum viri nomē, ac facinus ferentes, largiretur. Neq; vero hæc singulis tantum virtutis causa dabantur, sed & cohortibus & exercitibus universis: Spoliorum autem magna pars militibus distribuebatur. His rebus perfectis, atq; sacrificio facto, triumphans currum conscendebat,



ita precatus. *Dij, nutu & imperio quorum, nata & aucta est Res Romana, eandem placati propitiatiq; servate.* Tum per portam triumphalem vehebatur. Præcedebant tubicines canentes modos triumphales: aut etiam, quod in Æmilij triumpho factum est, classicum. Post hos ducebantur boves mactandi in sacrificijs, vittis, sertisq; redimiti, & aliquando auratis cornibus. Illis succedebat speciosa ostentatio spoliiorū & manubiarum, quæ singulari arte composita, partim plaustris vehebantur, partim gestabantur ab adolescentibus ornatis. Ferebantur & tituli victarum gentium, cum imaginibus devictarum urbium: ac fuerunt spolijs interdum mixta animalia antea non visa, aut mirabiles plantæ ex locis captis asportatæ. Succedebant indè, qui ex hostibus capti erant, duces victi catenis, & post illos ante currum Imperatoris portabantur coronæ aureæ, si quæ ipsi ab urbibus & provincijs fuerant summi honoris causa, quod sæpè accidit, per legationes exhibitæ. Actum demum ipse Imperator curru sublimi magnificè exornato vehebatur, fulgens veste triumphali, & redimitus corona laurea, ramumq; lauri manu gestans. Vestis triumphalis (quâ extra hanc pompam uti nemini fas fuit, ut ex historia Marij apud Plutarchum, & Dionysium Halicarnassæum libro 3,



bro 3. liquet: ) erat purpura auró intexto pictas  
Cognatorum, si aliquos habebat, Virgines & pue-  
ros in currum asciscibat: natu verò grandiores in  
equis jugalibus imponebat. Si autem plures erant,  
equis singularibus vecti ipsum prosequiebantur.  
Currum inde sequebatur equitum & peditum ex-  
ercitus suo quisq; ordine. Ex his, si qui peculia-  
res coronas, aut alia dona ob egregium facinus ab  
Imperatore acceperant, ea præ se ferebant. Cæteri  
omnes Laureati incedebant, cientes lætissima vo-  
ce triumphum & accinentes triumphalia carmi-  
na. Qui verò ad spectaculum cónfluxerant, ve-  
lut in publica eaq; lætissima festivitate, cum aggra-  
tulatione & applausu pompam spectant, induti ve-  
stito mundo & ut plurimum albo. Procedente  
pompa in honorem Deorum omnes ædes sacræ  
fuerunt apertæ, atq; coronis & suffutibus repletæ.  
Sic igitur ad Capitolium ductus Imperator, simu-  
latq; de foro versus illud currum flectere cœpit,  
hostes ante currum ductos abduci mandavit in  
carcerem. Cum ventum fuit in capitolium trium-  
phans ita precatus est, *gratias tibi Jupiter optime  
maxime, tibiq; Junoni regina, & cæteris hujus custo-  
dibus, habitatoribus arcis, Dij, lubens latusq; ago, re  
Romana in hanc diem & horam per manus, quod vo-  
luisti meas, servata, bene gesta, eandem & servate,*



*ut facitis, fovete, protegente propitiati, Supplex oro.*  
Immolatæ sunt cum maxima solennitate hostiæ  
& dicata Jovi Corona aurea, & aliquot pretiosæ  
manubiæ, Clypei, & alia monumenta ibi suspensa,  
Datum etiam in ipso capitolio epulum sumptibus  
publicis, & aliquantum pecuniæ viritim plebi di-  
stributum. Splendorem hunc in Romanorum,  
triumphis cernere licuit. In sacris notatu digni  
triumphi leguntur, Barack ac Deborah, de Jabin, &  
Sissera prostratis; Gedeonis de Midianitis supera-  
tis; Samsonis de Philistæis interfectis, Davidis de  
Goliatho occiso. Major his victoria triumphusq;  
fuit Moïsis, quandò per rubrum mare ventis mira-  
culosè divisum, cum Israelitis sicco transiens pede,  
exercitum Ægyptiorum potentissimum submer-  
sum vidit. At omnium & horum & aliorum  
triumphorum & trophæorum pompa & Magni-  
ficentia nihil est, si cum trophæis hujus diei com-  
mittatur. Hodie siquidem Rex Regum & Domi-  
nus dominantium Christus Jesus, perruptis infe-  
rorum claustris, dissipatis infernalibus cohorti-  
bus, morte superata, nos perpetuæ captivitati,  
morti & gehennæ mancipatos, æternalibus vincu-  
lis constrictos, liberavit, & secum in triumphum  
ductos, coelesti patriæ quasi postliminio reddidit.  
Hunc describens triumphum Ambrosius ait, Ex-  
pers



pers peccati Christus enim ad imā tartara descen-  
deret, seras januasq; confringens, vinctas peccato  
animas, mortis dominatione destructa, ex diabo-  
li rictu erutas ad vitam reduxit. Quemadmodum  
autem triumphantes apud Romanos primo dijs  
thura offerebant, deindē dona, coronas, armillas,  
& missilia varia amicis & civibus donabant. Ita  
Imperator noster, de Diabolo, morte, inferno de-  
victis triumphans, patri suo se victorem stitit; post  
miseris nobis peccatoribus καμήλια pretiosissima,  
vitam & gaudia æterna donavit. Acclamemus  
illi Paulinum illud ἐπινίκιον, absorpta est mors in vi-  
ctoriam, ubi est mors stimulus tuus? ubi tua in-  
ferne victoria? Deo autem gratia qui tribuit no-  
bis victoriam per dominum nostrum Jesum Chri-  
stum. Et quemadmodum Judæi in veteri foedere  
Paschalibus ferijs fermentum domi suæ habere  
vetabantur; ita & nos vetus expurgamus fer-  
mentum, animos à peccatorum sordibus depura-  
tos Deo offeramus, Christo servientes, pascha ce-  
lebremus, in acymis sinceritatis & veritatis.

Quod ut eos, qui quid se deceat no-  
verunt, sponte sua facturos esse arbi-  
tror, ita ab omnibus Academiæ civi-  
bus amicè & seriò contendo, ut cum  
Christo



Christo resurgente ipsi à peccato-  
rum semno evigilent, vitæ sanctita-  
te Deo serviant, qui olim æternum  
pascha cum omnibus beatis in coelis  
celebrare possint, P. P. die  
Paschatos A N N O

M. DC. XXXVII.













hominum, sed propter exuberantem  
diam, qui, quos condiderat, perire no-  
autem nisi hic puer, ut sol quidam coe-  
tus, dispelleret tenebras ignorantiae in  
peccatorum caliginem, ac frigida co-  
igni accenderet. Facebamus in tene-  
mus ad illum oculos attollere. Ille s-  
suisq; radijs in animos nostros imm-  
salutifer illuxit nobis, qui prius in tene-  
ac desperatione salutis, velut in umbr-  
mus idololatrijs excacati, mundan-  
obtenebrati, currebamus ab impietate  
palpitantes in densissima caligine, pro-  
plectentes terrena. pro veris umbra-  
bus carnalia, pro salutiferis pestifera-  
sima desperationis nocte exortus est  
nus, ut animi nostri pedes dirigat in  
cam, quae est via pacis, quae per fiden-  
humana divinis conciliat, orbis nati-  
minis, in unius fidei Professionem, c-  
niq; sedatis tumultuosis affectibus  
hominem concilians sibi. Hac & ho-  
quae nos his diebus occupare debent, &  
corda nostra preparare & exornare  
cipiendum hospitem puerum recens  
in cunis jacentem, si hostibus nostris  
Et oriam, (quod olim de puero Mace-

